



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7. Vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. II.

manu unita est filio Dei, & non solum infit illi, & predicitur de illo (sicut esse album inest filio Dei, & predicatur de eo, donec dicitur Christus seu filius Dei est albus) sed ut filius Dei subsistat ex humana natura, & in humana natura, quamvis diversimode, ut praedictarum est: quoniam subsistere ex humana natura intelligitur, in quantum est perfetta in humana natura admodum.

D.12.

* li. 5. metra.
cc. 1540.3.

in communionem ilius esse completi: sicut in resurrectione corpus adueniet animae praesentis: non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur ut scilicet corpus habeat esse unitale per animam, non est autem sic de albedine: quia aliud est esse albi, & aliud est esse hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem Dei ab aeterno esse compleatum habuit secundum hypostasim, sive personam: ex tempore reautem aduenit ei natura humana non quasi sumpta ad unum esse, prout est natura, sicut corpus assumitur ad esse animae: sed ad unum esse, prout est hypostasis vel persone. Et ideo humana natura non unitur accidens alter filio Dei.

A D TERTIUM dicendum, quod accidentis dividitur contra substantiam. Substantia autem (ut patet 3. Met *) dupliciter dicitur, quod unio secundum hypostasim sufficit ad hoc, quod non sit unitio accidentalis, ut videatur potest quod diximus, nam si unitio secundum hypostasim excludit unitem esse accidentalem, consequens clare est, ut unitio secundum hypostasim non est tantum secundum hypostasim, sicut patet per inesse hypostasiem coniungi hypostasiem per inesse tantum, non excludit unitem esse accidentalem, ut patet de albedine coniuncta hypostasiem sortitur per inesse tantum. Plus ergo exigit unitio secundum hypostasim. Et cum proprium hypostasim sit subsistere in natura, consequens est quod unitio secundum hypostasim, exigat communionem secundum subsistere, quia in proprio inveniri declaratum est.

Tin responsum ad quartum eiusdem articuli, aduersus duo, primo veritatem rei, deinde processum Auctoris. Quo de primis: quia in instrumentum est nomen causa, uniti aliqui, ut instrumentum, non transcedit unionem comprehensam infra genus seu latitudinem causarum, & ideo est talis unitio in causa. Et quia unitio humana natura ad Verbum (de qua est sermo) non est in causando, sed in essendo secundum esse substantiale subsistente: video Cyrilus in litera allatus reprobavit Christum tamquam instrumentum officio assumptum. Si enim prima seu summa unitio humana natura ad Verbum est unitio instrumenti, iam non est et unitio in persona, nec secundum personam, nec in essendo, sed in causando, quod maximus error est. Inter umerum sequitur id est naturam humana unitio est hypostatica, & non secundum aliquod genus vel modum causarum, sed in aliquod genus seu modum est per se, quod est subsistente, quia est secundum substantiam, quod non dicitur causa seu causitatem, sed substantiam. Pro teat aut hoc nouitius est hoc, quod unitio filii Dei cum natura humana propria est filio, ita quod nec Patri nec Spiritui sancto conuenient omnis aut causalitas filii Dei respectu naturae assumptae, ceteris est toti trinitati: quoniam individualis sunt trinitatis opera ad extra, non est ergo definita unitio naturae humanae ad Verbum per unionem.

ARTIC. VII.

Finem instrumenti: si tamen non firmetur sententia super rationem instrumenti ut sic, sed super ratione instrumentalis, hoc est coniuncti, hoc est spectantis ad hypostasim, iam ab ordine causandi ad ordinem essendi, & ab unione in causando ad unitio nem in essendo uenitur: & ad iam dictam unionem secundum

substantiam recurrentis, & resolutio fit: & patet quod prima & maxima ratio unionis non ponitur in unione instrumentalium, sed in unione coniunctionis, qua instrumentum ipse est ad hypostasim. Quocirca licet sententia ista de unione per modum instrumenti ceterum, non tam formaliter, quia non attenditur ratio instrumenti ut sic, sed coniunctionis personalis, in qua pendit lex & propheta: haec quo ad ueritatem. In processu vero Auctoris video ipsum seipso auctoriter, nam in quarto contra Gent. ca. 41. rationem Verbi incarnati declarauit secundum unionem instrumenti coniuncti, & hoc fecit, quia si a posterioribus & noscitoribus nobis, & manducens ad tantum exelsum unionem. In hoc autem loco altius contemplatus instrumenti, ut sic rationem & unionem hypostaticam, statim in principio responsionis instrumenti unionem ab unione hypostatica separauit, dicens.

Proterea. Finis est potissimum in unoquoque: sed finis unionis est diuina hypostasis, sive persona, ad quam terminata est unitio. ergo uidetur quod huiusmodi unitio maxime debet iudicari secundum conditionem diuinae hypostasis, quoniam est aliquid creatum. Ergo recipi unitio est aliquid creatum. Inserit siquidem hic non a posterioribus, sed a priori ex visione hypostatica, saluans unionem instrumenti talis, dum ex hoc quod instrumentum aliquod pertinet ad esse hypostasis, saluat naturam humanae, posse dici unitam Verbo, ut instrumentum coniunctum. Tu ergo utrinque profice, hinc resolutio nem, inde manuductionem lumen.

Super Questionis secunda articulum septimum.

Titulus art. 7. eiusdem 2. questionis in corpore articuli statim declaratur. In corpore articuli duo facit, primo declarat quid sit unitio, de qua est questionis: secundo responderet questione conclusione affirmativa. Quod ad primum dicitur, quod unitio de qua est questionis, est relatio quedam inter duas naturas coniunctas in una persona filii Dei: quod tria de unione dicitur: primus quod quod est dicendum, quod est relatio quedam: secundus ex extrema dicta relationis, dicendo inter diuinam naturam & humanam: tertius fundamentum dicta relationis dicendo secundum quod conuenient in una persona filii Dei. Vbi nota quod est hic questionis de unione, quantum ad relationem, quam significat, & non de unione quantum ad fundamentum, ad quod cōsequitur, quod est coniunctio naturarum in persona filii Dei, quam concludunt

sum est esse rationem substantialem, & non secundum esse re-
lativum. Et sic patet titulus articuli.
¶ Quo ad secundum conclusio est, Vno pro relatione est ali-
quid creatum. Probatur. Omnis relatio inter Deum, & creaturam
est realiter creatura, & non in Deo. ergo ista rationis relatio
non est in Deo realiter, sed in natura humana est realiter.
ergo est aliquid crea-
tum. Antecedens, &
ex dictis in prima
parte assumitur, &
probatur. quia innatu-
scitur per mutationem
creaturae, & non per
mutationem Dei.
Consequens prima
ex declaratione titu-
li patet, secunda au-
tem relinquunt per-
se nota: quia quic-
qua realiter est crea-
tura, est creatum.
¶ In hoc articulo
cautissime adverte
distinctionem pra-
dictam de ratione, vel quantum ad rela-
tionem, quam signifi-
cat, vel quantum ad
coniunctionem in
persona, ad quam
consequitur: quoniam plus differentia
hac duo, quam co-
lum, & terra. Vno
enim pro relatione est in genere relationis, & est ens reale crea-
tum, ut in litera dicitur. Vno autem pro coniunctione naturae
humanae in persona diuina cum consistit in unitate, quae est in
inter naturam humanae, & personam filii Dei, est in genere seu
ordine substantiae, & non est aliquid creatum, sed creator. Quod
ex eo constat, quod vnum non addi: supra ens naturam aliquam,
& vnumquodque per illudmet, quod est ens, est & vnum quod
enim est ens accidentale per aliquam formam, est vnum accide-
tale per illam, & quod est ens relativum, habet unitatem secun-
dum esse relativum, & quod est ens per formam substantiae
haec et unitatem secundum esse substantiam. Ac per hoc natura hu-
mana in Christo, quia per esse substantiale substantias perfons
filii Dei est iuncta natura diuina, oportet quod illud vnum el-
le, in quo induxit sunt natura diuina, & humana in Christo,
sit esse vnum substantiale, & diuinum. Et vere sic est, quia esse
substantia filii Dei, in quo non distinguuntur amba naturae,
substantia est. Deus est: quia verbum Dei est, vna & eadem
quippe substantia substitut filius Dei in natura diuina, & in
natura humana, & cosequentur diuina, & humana natura Chri-
sti sunt induitae in illa substantia utriusque communis, quamvis
inter se valde distinguantur. Et si contra hanc doctrinam obvi-
catur, quod huiusmodi coniunctione incipit esse ex tempore, &
consequenter est aliquid creatum, respondendum est, quod hec
coniunctione, quantum ad illud, quod ponit in ipso, esse secundum
se, non incipit esse ex tempore, sed est ab eterno sed quantum
ad hoc, quod natura humana forta sit illud substire, incipit
esse ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuerit ab
eterno sine corpore, quando fuerit in tempore iuncta corpori,
nec esse corporis incipiet in tempore: quia non est aliud esse
corporis quam illud eternum esse anima. Nec vrum esse sub-
stantiale corporis cum anima, incipit ex tempore, quantum
ad illud quod ponit illa vntas, in illo secundum se, quia ens &
vnum cum multipliciter dicatur, quod proprius est, actus est, ut
dicatur in 2. de Anima. Sed bene incipit ex tempore illud v-
num esse quantum ad hoc, quod corpori illud eternum esse
coicaret, quod fieret per generationem, quia corpus trahere-
tur ad esse animam. Ita enim accidit in propofito, dum per assum-
ptionem natura humana trahitur ad esse substantiam filii Dei.
ex hac assumptione substantia, quia filius Dei in sola sub-
stitebat natura diuina, communicatur naturae humanae, ita ut
etiam ipsa natura humana per illam substire, & filius Dei in
humana natura substire, hoc autem est vnum esse in persona
ambas naturas. Vbi patet, nihil creatum interuenire, nisi pa-
fitionem, quia natura humana trahitur ad esse Verbi. Super hanc
autem coniunctionem, super hoc vnum esse fundatur consecu-
tive vno pro relatione, sicut super coniunctionem substantia-

A lem corporis, & animae, fundatur relatio rationis inter animam
& corpus. Est igitur, ut vno verbo dicatur, vno naturarum
in Christo relatio creata quedam, hoc est, consequens earum
enim vntatem perfonalem increata. Et quia argumenta au-
reoli a Capitulo allata in 5. distin. ter. sententia q. 1. procedunt
contra dicentes non

esse alia rationem,
quam relatiuam inter
humanam natu-
ram in Christo, &
Deum (quod longe
est à doctrina Au-
toris, expressis po-
nentis, rationem,
quo ad relationem,
consequit rationem
secundum vnitatem
perfonalem, ita q-
vno significat relationem non qua-
lecumque, sed con-
sequente natura-
rum vnitatem per-
sonalem, ideo non
centi ipsa altera af-
ferenda, & soluenda,
vpo non contra
doctrinam Autoris
in veritate, & quz
ex hac vna dicta
responsonem confu-
tantur.

D. 1590.

AD PRIMUM ergo dicendum, q haec vno non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum: dicit enim Deus unius creatura ex hoc, quod creatura est unita Deo absque eius mutatione.

AD SECUNDUM dicendum, q ratio relationis, sicut & motus dependet ex fine, vel termino: sed esse eius dependet a subiecto. Et quia vno talis non habet esse reale nisi in natura creata (ut dicitur est. *) consequens est, quod habeat esse creatum.

In corp. art.

C principium, Homo dicitur, & est Deus propter rationem, in quantum terminatur ad hypostasim diuinam: tum quia nullum est, quod vnum extremum rationis sit reliquum, et quia vno terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus est anima, propterea, quia vno corporis terminatur ad animam. (Vnde male dicitur, quod homo est Deus propter rationem, quia vno terminatur ad hypostasim diuinam) tum quia dico, quod esset verum, sequeretur quod homo non esset Deus substantia, & relativa, quod iam reprobatum est. Et rener sequela, quia esse aliquid propter terminum relationis non est illud substantiale, sed relativa, ut patet. Et si ad haec dicatur, quod Author loquitur de vno quantum ad Fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc responsonem litera clamat, aperte subdens, non tamen sequitur, quod ipsa vno sit creator, vel Deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis recipit esse ipsum, quam rationem. Constat enim haec verba de ratione quantum ad relationem dici, de qua in responsonie ad secundum dixit, quod rationem habet ex termino, esse vero haber ex subiecto, sicut motus.

E Ad hoc dicitur, quod secundum rem homo est Deus propter rationem secundum vnitatem perfonalem, quam importat, ad quam consequitur relatio rationis, & hoc non est verendum in dubium. Sed quoniam in idem dicit dicere, homo est Deus propter vnitatem perfonalem duarum naturarum, quam con-
sequitur rationis relatio, & dicere, homo est Deus propter rationem in quantum terminatur ad hypostasim diuinam: ideo verba Authoris calumnia non sunt. Manifestatur autem, quod dicimus aduentendo, quod relatio rationis est non solum inter naturas duas, diuinam scilicet, & humanam, sed etiam est inter naturam humanam, & hypostasim diuinam, nam & vna natura unita est alteri, & humana natura unita per se diuina, & econtra diuina persona unita est humana natura. Seruatur autem difference in loquendo, dum de ratione inter naturas, aut inter perfonam, & humanam naturam est ferme, quia quod de ratione inter naturas est ferme exprimitus naturas pro terminis rationis & vnitatem perfonalem utriusque naturae ponimus non pro termino, sed causa seu fundamento relationis rationis, ut clare videt potes in principio corporis hunc articuli, vbi declarando titulum dicitur quod vno de qua loquitur, est relatio quedam, quae consideratur inter diuinam naturam, & humanam, secundum quod continentur in una persona filii Dei. Qui vero loquitur de eadem relatione rationis inter naturam humanam, & personam filii Dei, ponimus ex parte termini vnitatem perfonalem filii Dei in vtraque natura: quia relatio ista rationis non est quocumque rationis relatio, nec ad hypostasim filii vnam perfonaliter

QVAEST. II.

naliter in ytraque natura. Sicut enim vniōnis relatio inter corpus, & animam non est ad animam quomodolibet se habentē, sed ad animam communicantem substantiale suum esse corpori, ita relatio vniōnis humanae nature ad hypostasim diuinam, non est ad hypostasim filij Dei qualitercumque se habentem, sed ad filii Dei hypostasim unam personaliter secum, hoc

cū cum humana natura. Et quia Author in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vniōnis inter natūram humānam, & personam filii Dei, ut clare sonat verbaliter, dicentes, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam non dixit, ad natūram diuinam, vt prius dixerat, sed dixit ad hypostasim diuinam, ideo coniunctionem personale, seu, quod idem est, unitatem personam ex parte termini relationis viuonis posuit. Et perinde valer, ac si dixisse, Homo est Deus propter vniōnem, inquantum

<sup>3. di. q. 15. ar.
3. q. 3.</sup> in illa inuenitur secundum rem unitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionem ad verbum defideras, dico, Homo est Deus propter vniōnem, hoc est relationem vniōnis, non simpliciter, sed cum ista conditione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem vniōnis, scilicet in quantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quod ly inquantum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem relationis immo admittit causalitatem à relatione, & transferit causalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quod generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiae, intendimus quod generatio ratione termini fortior, & dat esse substantiae: ita dum dicitur, quod relatio vniōnis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo est Deus. Et est ferme de hypostasi diuinæ, non qualitercumque se habente, sed terminante in rerum natura relationem vniōnis naturæ humanae ad ipsam: hypostasis siquidem diuinæ terminans relationem realē vniōnis ad ipsam, est hypostasis diuinæ (vt dictum est) non qualitercumque se habens, sed una personaliter cum humana natura. Constat autem evidenter, quod ratione talis termini homo est Deus ac per hoc admitti potuit, quod relatio vniōnis ratione talis termini dat, quod homo est Deus, & consequenter dici vere potuit, quod Deus est homo propter vniōnem, inquantum terminatur ad diuinam hypostasim.

¶ Ad primam igitur obiectiōnem dicitur, quod falsum supponit: quod si homo propter vniōnem sit Deus, quia verum est in cōloquendo, quoniam extremū vniōnis est reliquū, quia vno terminatur ad reliquum, hanc enim vniōniālē nec somniauius: sed vt declaratum est, fundatur veritas dicti in litera super hoc, quia hoc extreum vniōnis huius est tale, s. hypostasis diuinæ una personaliter cum natura humana.

¶ Ad secundam quoque dicitur, quod homo est Deus secundum substantiam: esse namq; Deum, quod communicatur homini, non est esse relatiūm, sed in genere seu ordine substantiae. Et quoniam esse aliquid in communi loquendo propter terminum relationis praecepsit esse relatiūm, esse tamq; aliud ratione talis termini, s. persone diuinæ, ypius personaliter cum natura humana, non est esse relatiūm, sed esse diuinum. Et sic patet, quod non ex torquendo literam, sed de vniōne quo ad relationem loquendo, vera est litera.

¶ Super Questionis a. Articulum octauum.

In titulo articuli sunt tres termini Vnio, assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in praecedenti art.

ARTIC. VIII.

secundus in corpore declarabatur, tertius autem absolute sumēdus est, sicut iacet. In calce autem articuli solvendo exprimitur qua diueritate seu differentia sunt non idem, puta real, vel rationis, vel virtutis.

¶ In corpore articuli respondetur quæstio vniōnis conclusione.

Inter vniōnem, & assumptiōnem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra signata, & ordinata, ita ut processus clarus sit in litera.

¶ Et prima quidem ac principali differentia est in formaliter significata. lib. 3. vno significat fidem a relationem, assumptio actionem, vel passionem, & sic in diverso genere, sicut relationes diversum est genus ab actione, & passione. Et quod vno significat relationem, in litera non probatur, sed assumptio ex precedenti articulo. Ex quo ad manifestandum diem differentiam primo probatur, in hoc mysterio inveniuntur rem duo, scilicet ipsam relationem vniōnis, & actionem, & passionem, quia omnis relatione recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione, & passione constituit. Relatio igitur vniōnis inter natūram humānam, & diuinam in Christo, cum incepit esse secundum rem in natūra humana ex tempore, oportet quod ex aliqua causa sit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione sit. Ut igitur inueniuntur in hoc mysterio, scilicet relatione vniōnis, & actione, & passione, cum vno significat relationem, consequens est quod assumptio significat actionem vel passionem. Et manifestatur consequentia: quia assumptio ne alius dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tanquam patiens.

¶ Secunda autem differentia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vno autem sicut in factō esse. Probatur ex signo seu effectu: quia vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum, hoc est, vnitum predicatorum de vniōne, dicendo, hoc est illud assumptum autem non sic predicatorum de assumtione. Et quod hoc denuetur ex dicta differentia, manifestatur, quia inter ly homo, & ly natura humana, hæc est differentia in mysterio incarnationis, quod homo significat natūram humānam, vt in termino assumptionis, conflat autem terminum assumptionis spectare ad incarnationem, vt in factō esse, natura vero humana significat natūram humānam, vt quia assumitur, quod conflat spectare ad incarnationem, vt in fieri. Dicimus autem quod vniens scilicet filius Dei, est homo, & non dicimus, quod idem assumens est natura assumpta.

¶ Tertia vero differentia est, quod assumptio determinat terminum a quo, & ad quem, vno autem nihil horum determinat. Huius differentia primo reddit ratio expressa: quia relatio aequiparante non magis se habet ad vnum extreum, quam ad aliud: actio autem, & passio diversimode se habent ad agens, & patiens, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim lequitur, quod cum unio sit relatio aequiparante, nullum extremon determinet, assumptio autem, quia est actio, vel passio, determinare potest sibi terminos a quo, & ad quem. Secunda manifestatur de assumptione, & etymologia nominis. Tertia manifestatur ex signo, scilicet quod indifferenter vnum est terminus dicitur vnitum aleri, non autem assumptum, vt patet in litera clara.

¶ Circa hæc dubium primo occurrit de prima differentia. Nam non solum assumptio, sed etiam vno significat actionem, quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quod vniens dicitur esse vnicum, & filius est vniens sibi natūram humānam, & in response ad secundum, quod Persona Patris vniuit natūram humānam filio. Certum est enim, quod vniere est agere, & id eo